Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



100

misit filium suum salvatorem mundi. Qs quis confessus fuerit: quoniam ihesus est filius dei deus in eo manet: et ipse in deo. Et nos cognovimus: et credimus caritati: quam habet deus in nobis. Deus caritas est. Et qui manet in caritate in deo manet: et deus in eo. In hoc perfecta est caritas nobiscum: ut fiduciam habeamus in die iudicii: quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate: sed perfecta caritas foras mittit timorem: quoniam timor pena est. Qui autem timet non est perfectus in caritate. Nos ergo diligamus deum quoniam ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo deum et fratrem suum oderit mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt: deum quem non videt quomodo potest diligere. Et hoc mandatum habemus a deo: ut qui diligit deum diligat et fratrem suum.

Ego dixi domine. Miserere mei sana animam meam quia peccavi tibi. Beatus qui intelligit super